



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Formula deputationis eius, qui alloquendi Moniales licentiam concedat in
Dioecesi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10502

aut eis dandi, neque eis absque speciali licentia in quouis alia re deseruendi, & alia non solum Capellanis Monialium, sed etiam alijs Clericis secularibus & regularibus respectu Monialium præscripta exactè seruabis. Et prædicta omnia & singula sub pœna in edictis nostris contenta, & maiori nobis arbitraria.

Missæ sacrum ne facias sine ministro clericali habitu induto, eoque decenti, ad præscriptum nostrarum Constitutionum.

Has autè nostras literas tibi ad tantum suffragari volumus: Dat. . . .

Formula licentiæ pro clerico qui Missæ inseruiat, & alia ministeria præstet in Ecclesia Monialium.

SI concede licentia à N. Chierico, che per mensi . . . possa seruire nella Chiesa esteriore delle Monache di S. N. per rispondere alle Messe, & fare l'altre fontioni pertinenti à lui; e per detto effetto possa ragionare con la Sacrista maggiore alla Rota della detta Chiesa, & con la Madre M. & seruando gli ordini prescritti. Dall' Arciuescolato &c.

Formula deputationis eius qui alloquendi Moniales licentiam concedat in Diocesi.

CAROLVS &c. Dilecto nobis in Christo N. nostræ Mediolanen. Dioc. salutem in Domino. Pro nostra Pastoralis cura & sollicitudine, necessitatibus Monasterij Monialium S. N. ac pro obseruatione decreti nostri Prouincialis de non acceden. ad Parlatoria & Rotas Monasteriorum absque licentia, à nobis vel Vicario nostro solo tradenda, opportunè consulere volentes, & nè qui ex causis rationabilibus alloqui Moniales quandoque cupiunt, nimis fatigentur; Tibi, de cuius prudentia, pietate, ac morum probitate in Domino consulimus, vt laicis solum tibi bene visis ac probatis . . . ad colloquutionum fenestellas, seu Parlatoria, ac Rotas Monasterij prædicti acceden.

ac ibi Præfectas; & alias Moniales, ac seculares puellas alloquendi, facultatem dare possis & valeas, non tamen tempore Aduentus, neque Quadragesimæ, neque festis diebus; ac item Capellanis ordinarijs legitime impeditis, vel absentibus, in casibus necessitatis, nè Moniales Missæ sacrificio quotidie priuentur, alios Sacerdotes ex approbatis, ad quindecim dies tantum approbare & substituere, eis adiecta lege, nè cum Monialibus colloquantur, & seruatis alijs conditionibus Capellanis ordinarijs Monasteriorum præscriptis, his nostris ad præsentem annum valituris potestatem facimus, ac licentiam impartimur. In quorum fidem &c. Ex ædibus nostris Archiepiscopalibus die . . .

Formula deputationis curatorum Monasterij Monialium.

CAROLVS &c. Dilectis nobis in Christo N. N. salutem in Domino &c. Cum ex sacri Concilij Tridentini præscripto, inter cætera sollicitudini atque Curæ Episcoporum commissa, & Monialium regimen, etiam in temporalibus summoperè commendetur; Nos alijs grauioribus curis impliciti, tam nostra, quàm Concilij prædicti, & Prouincialium Decretorum auctoritate, aliquos nobiles viros, ætate graues, pietateque & integritate insignes deligere censuimus, qui protectioni, curæ, & defensionis rerum temporalium S. N. ad præscriptum supradictorum decretorum præsent. De vestra itaque probitate, diligentia, & integritate plurimum in Domino confisi, vos omnes, & singulos, & vestrum quilibet, ad præmissum dictarum sanctimonialium, earumque Monasterij bonorum & iurium curam, protectionem, & defensionem, aliasque ipsarum necessarias quoad temporalia prouisiones, harum serie eligimus, constitui-mus, & deputamus; seruata tamen semper in omnibus forma, tam ex Tridentini, Conciliorumque nostrorum decretis, quàm ex prædictarum Monialium regulis præscripta, & vt nihil, nisi ex voto & deliberatione saltem duorum